



Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

37. De Postulando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

- consensu Episcopi constitutus, ipse quidem in vita sua obligabitur, non vero etiam successores. *Cap. de cetero. s. b. t.* Item si cum proche ^l per decimis fiat aliqua compoulo fine auctoritate Episcopi, ea persolmantur; non realis nec in successorem traditoria censetur. *Cap. ventens. 8. ed. tit.* locationem quoque a praedecessore factam a successore, etiam nondum elapso locatione tempore revocare posse, docet *Covarr. Var. Resol. lib. 2. cap. 15. n. 6.* Sed hoc intelligendum viderit, si sit patrum successivum, quod etiam successorem adiquid de facto praestandum vel tolerandum oneraret: secus, si simul & semel expeduum, sicut in alienatione rei, que potest sine solennitate alienari: nam tunc statim transfert dominum & succedit regula, *quod nostrum est, amplius sine facto nostro nobis auferri non potest.* Item quod Princeps, qui superiorum non recognoscit, si nomine dignitatis faciat pactum, id etiam successorem obligat, tradit *Panorm. in cap. 1. de Prebat n. 1. Barb. ibid. n. 7.*

TITULUS XXXVII.

De Postulando.

SUMM ARIA.

1. Quid si postulare?
 2. Postulantes alieno nomine sunt Advocati.
 3. Advocatus debet aliquando gratis advolare.
 4. Qui postulare non possit?
 5. Clerici postulare prouidentur in iudicio seculari: et Religiosi ab aliante nisi de licentia speciali sui Prelati.
 6. Quoniam sunt personae conjunctae, pro quibus Clerici postulare possunt?
 7. Clerici quibuscumque dare possunt consilia.
 8. In iudicato non passim recipiuntur; nisi in Jure majo-ri & graduati.
 9. Advocati ab iuris debent abstinere.
- Notandum IV.* prater eos, qui Jure civili à postulando prohibentur, uti sunt mino-

10. Prohibetur ei pacisci de quota litiis: non de salario:

& qua ratio differentia:

11. Exponitur rex. in L. per diversas. C. Mandati circa redemptiones alienarum litiuum.

IN hoc titulo notandum est I. quod postulare sit desiderium suum vel sui amici, cuius negotium geritur, in iudicio exponere, vel alterius desiderio contradicare, nam & qui contradicit, postulat aliquid, nimur ut à petitione, quam Adversarius intentavit, absolvatur *L. 1. §. 2. ff. b. t.*

Notandum est II. quod postulantes alie- 2 no nomine *Advocati* dicuntur, quos aliquid litigantes sibi ipsis constituent, aliquid iis petentibus vel etiam ex officio Magistratus ordinarius decernit, veluti si partes principales propter impedimentum juris aut facti per se ipsas postulare, vel propter notoriam egestatem Advocatum acquirere non possint. *L. 1. §. ait prator. 4. ff. cod.*

Notandum est III. quamvis Advocati 3 non teneantur gratis litigare, & servitum suum alteri impendere, si tamen tenuiores sint litigantes, quam ut sumptus suppeditare valeant, potest judex ex officio (ut dictum) aliquem advocatum deputare, isque gratis advolare debebit, & poterit ad hoc compelli sub pena pecunaria, & etiam privationis officii, per text. in *L. providendum. 7. C. b. t.* prout Medicus ægrum pauperem gratis curare & premium à Deo expectare debebit. Sed & illud hoc loco observandum, quod Advocatus, aut hæres ejus totius anni salarium exigere possit, si per eum non steterit, quo minus officium suum exhiberet, vel æger in initio aut medio anni mortuus sit. *L. post duos. 15. §. his quoque Cod. de Advocatis.*

Notandum IV. prater eos, qui Jure civili à postulando prohibentur, uti sunt mino-

minores, surdi, qui jussus Magistratus exaudire non possunt, intelligendo, quod secundum stylum Judicij postulatio debeat verbaliter & praesentialiter fieri (fæminæ, quarum verecundia non convenit virilia officia subire, aut alienam defensionem suscipere, infames & ceteri, qui enarrantur in tit. ff. & Cod. b. t.)

5 Infuper de Jure Can, interdictum est Clericis etiam in minoribus ordinibus constitutis, si stipendiis Ecclesiasticis sustententur, ne in secularibus negotiis aut coram sæculari judice postulare presumant, nisi pro se aut pro sua Ecclesia vel pro conjunctis aut miserabilibus personis. cap. 1. b. t. Religiosis vero ne quidem pro utilitate sui monasterii alter postulare permisum est, quam si speciale licentiam Abbatis obtinuerint, cap. 2. eod. cum hac tamen licentia non tantum pro ipso monasterio, sed etiam pro amicis monasterii justa aliquâ de causa etiam in foro sæculari regulares postulare posse, tradit Barb. ad dict. cap. 2. num. 2. cum Innoc. in cap. 22. de Sententia & re judicata.

Notandum. V. Quia Clericis tantum prohibutum est, nec in foro sæculari postulent, ideo à contrario sensu in foro Ecclesiastico non tantum pro se, sed etiam pro aliis extraneis postulare posse, communiter innunt DD. idque consuetudine Curiae Romanae receptum esse testatur idem Barb. ad c. r. b. t. n. 7.

6 **Notandum. VI.** Appellatione conjunctarum personarum, pro quibus Clerici in foro etiam sæculari postulare possunt, secundum probabilem sententiam non venire nisi conjunctions conjunctione sanguinis, non vero conjunctione affectionis. Unde quamvis appellatione fratris quandoque intelligatur amicus fraternâ charitate dilectus. L. nemo dubitat. 58. §. 1. ff. de Hereditibus

instituendis. & favores ampliandi videtur; id tamen procedit, nisi per talen contentionem sequatur, vel saltem facile sequitur notabilis inconvenientia, numinut Clerici sub praetextu amicitia pro consensu publice postulent & se secularibus lumen immiscendo à Divinis abstrahantur. Item licet Clerici non possint more Advocatorum agere causas in judicio facilius ad se vel suos non pertinentes, possunt men facere & dare partibus consilia: consilentes non veniunt nomine Advocorum, cum nihil in judicio postulent, notantes per se exerceant. Text. & Barthol. 1. §. Advocatos. 11. ff. de Variis etiis extraordinariis cognitoribus Panormi.

Notandum. VII. Circa Advocos debere Judicem aliqua attendere: numerum.

I. Ne advocationis officio se ingeni qui in jure periti non sunt; immo hodiernis Recessibus Imperii & consuetudine generali omnium ferè majorum Tribunalium non permittuntur advocare, nisi qui gradum habentem Licentiae in Jure & specialiter facultatem advocandi à Justice obtinuerint. Indique in multis locis libelli partium non respiuntur, nisi ab aliquo Advocate recepti subscripti sint, ne quibuslibet concedatur libellos & scripturas facere, qui forte punitam causâ ob imperitiam vel malitiam expendunt.

II. Ne peritissimi Advocati ab una fere parte, sed ut æqualiter utrinque diffundantur, ne alterura pars ob inopiam huius Patroni succumbat d. l. providendum. C. b. t.

III. Ne Advocati convitiis se invaserent, famolas scripturas conficiantur, quo si excellerint poena pecuniaria secundum arbitrium Judicis & qualitatem ex-

- sus ponantur. *l. quisquis. 6. §. 1. C. eod.*
*Et si (quod nonnunquam imprudentiores
 folum) in ipsum Judicem injurias effuder-
 int, & eodem taliter injuriato puniri pos-
 sunt arg. c. i. de *Pamis*, in 6. & *l. nullum.*
*14. C. de Tiff.**
- IV. Ne Advocati de quota litis, id est,
 certa parte in causam victorie sibi attribu-
 emus pacificantur, & multa magis ne alle-
 gatis redimant, id est, ne causas litigo-
 las emant, aut quocunque modo sibi ac-
 quirant; & sic dubias & intricatas actiones
 a principalibus, forte nunquam intentandas
 ipsi sufficient, & pacem inter homines per-
 tundent. *L. sicuti. 5. Cod. b. 4.**
- Sed sur licei pacifici de salario, & non
 de quota litis? Relp. propter maius pericu-
 lum promovendi calumniosas lites, quia
 si pacifens de quota litis non obtinuerit
 victorian, nihil habebit, salarium autem
 debetur Advocato sive vincenti, sive victo.
 Circa redemptions alienarum litorum est no-
 tabilis constitutio. *L. per diversas. 22.*
 & seq. *C. Mandati.* quod reus debitor,
 si perdidit causam, quam alius emit,
 non teneatur plus solvere emptori litis,
 quam is pro pretio dedit venditori sive
 vero creditori; solent autem tales causae li-
 tigiosae proper dubium litis eventum mi-
 nime pretio emi. Excipiuntur tamen ibi-
 dem simplex & gratuita actionis litigiosae
 donatio, dummodo nil in fraudem litis at-
 tentetur, ut scilicet simulata donatione ex-
 temam claram verus emptionis contractus ce-
 lebentur.
- TITULUS XXXVIII.*
 De Procuratoribus.
- SUMMARIA.
1. Quis est Procurator? Et que aliis judicialis, aliis
 amjudicatis.
- ENCL IN DECRET. LIBER. I.
2. *Advocati solent simul constituti Procuratores.*
 3. *Quinam sint Procuratores in rem sicut?*
 4. *Date Procuratores Domini rei, de quod agitur, non
 tutores, curatores vel Syndici ante litem con-
 testatam; sed bene post.*
 5. *Adinoves mente capti, excommunicati ad agendum
 non possint dare Procuratores.*
 6. *Procuratores dari non possunt, mulieres, milites, po-
 tentes, redemptores aliarum litorum.*
 7. *De Iure Canon. infames Procuratores esse non possunt,
 est secus sit de Iure Civili.*
 8. *Nec Religiosi sine licentiâ Prelati, nec minores 25.
 annis.*
 9. *Procurator ad item post litem contestatam, & Pro-
 curator ad negotia quædamsque aliam sibi
 potest substituere, extra causam matrimonii
 concubandi.*
 10. *Idem quod in matrimonio, in aliis gravioribus cau-
 sis ostinet.*
 11. *Procurator in iudicio debet exhibere mandatum &
 suo principali, exceptis quibusdam casibus.*
 12. *Procurator, seu defensor rei, quomodo sine man-
 dato admittatur?*
 13. *In quibusdam cause & articulis non sufficit gene-
 rale mandatum.*
 14. *Limitatur, quando datum est mandatum cuius
 libera*
 15. *Littere Credentiales in quantum obligent scriben-
 tem.*
 16. *Gesta per falsum Procuratorem sunt irrita, nisi
 ante sententiam ratificantur.*
 17. *Negligentia Procuratoris nocet Domino, ita tamen
 ut Procurator maneat obligatus Domino ad
 interesse.*
 18. *Quomodo cesset officium Procuratoris per revoca-
 tionem.*
 19. *Mortis mandantis solvit mandatum re integrâ;
 secus re non integrâ.*
 20. *Fallit tamquam haec regule certis in casibus hic enu-
 meratur, & in specie in mandato ad pias cau-
 sis, ut n.*
 22. *Per mortem Procuratoris etiam expirat manda-
 tum: itzpm per ejus renunciationem.*

Procurator est, qui aliena negotia man-
 dato Domini administrat, etque alius
 Procurator extrajudicatis, qui Procura-
 tor ad negotia, & alius judicialis, qui
 Procurator ad lites dicitur. Diversit autem
 procurator ad lites à Postulatore sive
 Ad-